www.e-rara.ch

Nomenclator, Omnivm Rervm Propria Nomina Variis Lingvis Explicita Indicans

Junius, Hadrianus

Antverpiæ, M. D. LXXVII

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rq 611

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-59717

Musica instrumenta, eoque spectantia.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Semipes *Catoni, qui ſemiſſis Vitruuio.* bes *Sexto Pompeio, pro octonis vnciis.*

Dodrans *Columellæ, pro nouem vnciis pedis.*

Dextans *Vitruuio, pro decem vnciis.*

MVSICA INSTRVMENTA, EOQVE SPECTANTIA.

MVSICAM *triplicem eſſe volũt, vel ore, vel manu, vel flatu editam. Cicero in Roſciana cantum vocum; neruorum & tibiarum nominat; quã alii vocabulis* harmonicam, organicam *et* rhythmicam *indigitant eius artis magiſtri.*

Organa *ſiue inſtrumenta muſica triplicia ſunt: (vt in Protheoria in Pſalmos Chryſoſtomus ſcribit) vel* ἐμφυσώμενα *Athenæo, ſiue* ἐμπνευστὰ, *quæ flatu complentur. vel* ἔντατα, *ſiue* ἔγχορδα, *quæ neruis intenduntur. vel* κρουστὰ, *quæ pulſantur. Primi ordinis ſunt, Tuba, Tibia, Fiſtula, Claſſicum, Buccina, Cornu, & Lituus. Secundo ordini debentur, Lyra, Cithara, Teſtudo, Pſalterium, Sambuca, Pandura, Barbiton, Naulium, & Pectis. Ad tertium referuntur, Tympanum, Siſtrum, & Cymbalum.* ὄργανα. AL. Allerley inſtrument/ ſeitenſpill/ oder geſang ſpill. B. Alderhande inſtrumenten van muſijcke. G. Inſtruments de muſicque. IT. Inſtrumenti di muſica.

Tuba *Cic. dicata erat bellorum præluſionibus, & accendendis animis bellatorum: Tyrrhenorum inuentum.* σάλπιγξ. AL. Trummeten. B. Trompet. G. Trompe, trompette. IT. Tuba, trombetta, tromba, trompetta. H. Anaſil, trompeta derecha.

Tuba prœliaris, *rotunda erat, teſte Artemidoro.* στρογγύλη σάλπιγξ *ἢ* πολεμικὴ, *ita vt recta fuerit, qua in ſacris vtebantur.* ἱερὰν *ipſe vocat.*

Tubæ varii à Polluce tribuuntur ſoni. ἐξορμητικὸν φώνημα, *quando claſſicum canebatur.* παρακελευστικὸν, *vbi in conflictu animos accendebant.* ἀνακλητικὸν, *cum receptui canebant.* ἀναπαυστήριον, *quando ab itineris labore ſuperſedere, caſtraque metari militẽ volebant. &* πομπικὸν, *cuius in pompa ſolenni vſus erat.*

Tuba ductilis, *quæ ex ære facta eſt,* ahenea tuba. AL. Kupfferine trummeten. B. Coperen trompet. G. Trompette de cuyure. IT. Trombetta di rame. H. Trompeta de cobre.

Buccina *Ouid. eadem ferè cum tuba.* βυκάνη. AL. Puſaun/ zinck. B. Baſuyne/ baſoen/ zincke/ cornet. G. Cornet. IT. Cornetto. H. Bozina.

Lituus *Virg. Incurua buccina, exili ſono, qua in bello canere ſolebant, teſte Feſto.* AL. Schalmey / krumme trummeten/ krumhorn. B. Schalmeye. G. Claron ou cleron. IT. Trõbetta baſtarda. H. Trompeta curua, ò baſtarda.

Cornu *Virg.* κέρας. AL. Heerhorn/ blaſſhorn. B. Heerhoren/ blaeſhoren. G. Corne, cornet. IT. Corno. H. Cuerno.

Claſſicum *Liuio, Virg.* tibia *vel* tuba claſſis *propriè, Seruio teſte, capitur pro bellica tuba.* σάλπιγξ. AL. Trummeten vmb ein ſturm/ ſchlacht/ oder larmen ze blaſen. B. Trompet om een alarm te ſlaen oft te blaſen.

Tibia, buxus *poetis, quòd è buxo fermè eius materia. huius vſus olim præcipuus fuit in funere, luctui dedicatus: vnde à nenia vlulantem tibiam dixit Pratinas.* αὐλὸς, λωτὸς *Euripidi.* AL. Pfeiff/ floeuten/ ſchwaglen. B. Pijpe fluyte. G. Fleute. IT. Fiuta, flauto. H. Flauta.

Tibia vtricularis. ἀσκαυλὸς. AL. Sackpfeiff. B. Tullepijpe/ ruypſpijpe. G. Vne cornemuſe. H. Gaita.

Tibiarum multa genera enumerat Solinus Polyhiſtor. quæ obiter pertexam ordine: Præcentoria tibia, *quæ præcinebãt ad deorum puluinaria:* vaſca, *ſi non potius* vaſta, *magnitudinis argumento, quæ numeroſo foratu præcentoriam ſuperabat:* puellaria *ſiue* puellatoria *à clariore ſono ad puellarum vocum modum:* gingrina. γίγγρας *Polluci.* γιγγρίνας *&* γιγγράινος αὐλὸς *Euſtath. quæ breuior exilem luctuoſumque edit ſonum, nomen habens à Gingri (ita vocabatur lingua Phrygia Adonis) defleto, talibus que tibiis ſaturato; vel, vti Feſto placet, à gingritu ſictitia anſerum voce; vel quod ex anſerum oſſibus eæ tibiæ concinnarentur:*

miluina, quæ in accentus acutiſſimos exibat.

Tibiæ longæ apud Marium Victorinũ, quibus ſupplicantes vtebantur in templis, cantum trahentes. quique eiuſmodi tibias inflare aſſueuerant, Spondulæ dicebantur.

Tibiæ dextræ Terentio, quæ dextra oris parte & manu itidem dextra tenebantur. ſimiliter Tibiæ ſiniſtræ, quæ contraria oris parte manúque. αὐλοὶ δεξιοὶ καὶ ἀριστεροί.

Tibiæ Phrygiæ, impares erant, & inæquales habebant cauernas.

Tibię Sarranę, (ea namque ſincerior mihi videtur, & probatur lectio potius, quàm Serranæ, quæ cum ſerra nihil habent commune) à gente dictæ, vt à Phrygibus, Phrygiæ, nimirum à Sarra. Tyros olim eo nomine vocabatur; vnde Pœnos Sarra oriundos Ennius dixit, ſi Probo credendum eſt. Hæ pares erant, & æquales obtinebant cauernas ſiue foramina.

Porrò ad tibiam minoris ætatis funera produci conſueuiſſe, innuit Statius eo verſu,
Tibia enim teneros ſolitum deducere manes.
vt maioru ætatis, ad tubam. vnde Didymus elegiam ait eſſe luctuoſum carmẽ ad tibiam decantari ſolitum. Præuiis etiam tibiis victimas diis offerre ſolebant, teſte Plutarcho.

Bombyces. βόμβυκες Ariſtoteli vocantur longæ tibiæ, quæ difficulter magnáque cum contentione flatus implentur.

Tibiæ ligula. γλῶττα Dioſc. Ariſtot. Al. Das zungle. B. Het tongſken. G. Languette. Ir. La canna. H. La cana.

Fiſtula Virg. calamus Eid. canna, harundo, cicuta Virg. buxus poeticè, σύριγξ, δόναξ, λωτὸς Eurip. cõſtat è calamis Al. Pfeiff/fleute. B. Pijpe fluyte/een rietpijpe. G. Fleute. Ir. Flauto, fiuta. H. Flauta.

Lyra. λύρα, κίθαρις Ariſtoxeno. Lyræ & Citharæ diſcrimen non paruum eſt, quanquam Grammatici ferè confundant. inter quos eſt & Euſtathius, qui ſic ſcribit: χέλυς cithara dicta eſt, eo quod teſtudinis teſta iugo addita, fidibúſque tenſa lyram deformauit. & rurſus: Chelyn, hoc eſt lyram, è teſtudinis teſta factam ſcribit. Cui ſententiæ videri poteſt ſubſcribere & Horat. qui Mercurium curuæ lyræ parẽtem nominat libro Odarum primo. at libro tertio teſtudinem illi attribuit. Diuerſas facit Plato. quid, quod Diodorus trichordon Lyram fuiſſe inſimulat, at Citharam ſiue Teſtudinẽ ſeptem neruis inſtructã Horatius? quomodo φόρμιγγα ἑπτάγλωσσον, id eſt, ſeptenos edere ſonos, Pindarus ait. Diſertis quoque verbis Lucanus in carmine ad Piſonem (quod non ſine manifeſta iniuria poſſeſſum hactenus ab Ouidio, nos auctori ſuo vindicauimus) edocet iſtud diſcrimen: nam Chelyn ſiue Teſtudinem digitis aut pectine pulſabant, Lyram pellebãt. verſus eius ſunt:
Siue chelyn digitis, & eburno verbere pulſas.
& mox:
Nec pudeat pepuliſſe lyram.
Seneca etiam Chelyn plectro verberari. D. Clemens πλήκτρῳ κρέκεσθαι, id eſt plectro pulſari, dicit. Al. Liren. B. Liere. G. Lire, liron. Ir. Lira. H. Guittara.

Cithara. κιθάρα Plat. ψάλτιγξ Suidæ, φόρμιγξ Hom. χέλυς, à χελώνης, id eſt teſtudinis teſta. Teſtudo Cic. à forma. Euſebius tamen lib. 10. aliquantulum diſcrepare φόρμιγγα & Citharam indicat. non explicat tamen. Virg. periphraſticè Citharam cauam teſtudinem dixit. Al. Lauten. B. Een luyte/oft ciſther. G. Lut. Ir. Luito. Nebriſſenſis vihuelam exponit. alij Citharam putant harpam eſſe noſtrã, Hieronymi fortè verbis perſuaſi, qui Citharam deltoti figura deſcribit cum chordis vigintiquatuor. ad quam accedit inſtrumẽtum illud, quod vulgò nos virginale & clauecymbalum nominamus. Galli eſpinetam & clauecymbalum quoque nuncupant.

Pſalterium, Muſicum inſtrumentum ab Hebræis nebel, aut (vt Chryſoſtomus in Pſalmorum librum annotat) ναῦλα. ψαλμικὴν τὸν λύραν quidam dixit in illis verſibus:
τοῦ ἀπὸ εὐνούχου
τὰ θεῖα τόξα καὶ βέλη τείνας
ὁ Δαβὶδ ψαλμοκινήτῳ λύρᾳ.
Deſcribit autem Chryſoſtomus in Protheoriis ad pſalmos ita: ψαλτήριον τῶν ἐντατῶν μὲν ὄν, πλὴν ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τῶν φθόγγων τὰς ἀφορμὰς &c. hoc eſt, Pſalterium inſtrumentorum vnum eſt, quæ fidibus tenduntur, ſed erectum, (eam enim ὀρθίου μελῳδίας, quam Plutarchus Terpandro tribuit inuentori, ſignificationem eſſe autumo, quæ rectis, non iacentibus, aut obliquis fidibus editur) cuius ſonus altrinſecus è ſuperiore parte redditur. Habet autem decem

verticilla

verticilla quæ in iugo ipſius vertuntur, totidémque chordas, ſono diſpares: (hinc decachordi pſalterij fit mẽtio in Pſalmis) dextra autem plectrum tractabat; læua altrinſecus chordis oberrans, per interualla, digitósque frequẽter tranſponens, vel grauem, vel acutum, miſtúmve ſonum excitabat. hactenus ille. D. Hieronymus Pſalterium in modum Δ literæ compoſitum ait. D. Auguſtinus ſcribit Pſalterium habuiſſe ſuperiore in parte ſonorum lignum, quaſi tympanũ, cui neruorum ſeries incumbat, vt meliorem ſonum reddat, quod lignum in Cithara inferius ſit. Pſalteriũ hinc ferè ſtatuere liceat eſſe Harpam; tametſi pluribus noſtra inſtructa ſit chordis: Alij inſtrumentum illud, quod eodẽ ferè vocis ſono Pſalterium aut Pſanteriũ vocatur, eſſe exiſtimarunt. Porro νάβλιον, ſiue νάβλαν, vt Clemens & ex eo Euſebius ſcribunt, vel ναῦλα, vt apud Plutarchum eſt, Heſychius ambiguè & Citharã & Pſalterium exponit. rurſus organi genus muſici aſpero ſono, quod Cappadocum inuentum eſſe voluerunt, vt Sidoniorum Sopatrus, naulium dixit Ouidius illo verſu:

Diſce etiam duplici genialia vertere palma
 Naulia.

Pectis, magadis. Inſtrumentum muſicũ cum Pſalterio quiddam commune habens, vſqueadeò vt Pſalteriũ interpretatus ſit Apollodorus: Lydorum inuentum, teſte Anacreonte. πηκτὶς, μάγαδις, ὄργανον ψαλτικὸν, quod ſine plectro διὰ ψαλμοῦ vſum ſui præbebat. at μάγαδις αὐλὸς & παλαιομάγαδις, tibiæ genus eodẽ tempore & grauem & acutum inſonans, teſte Athenæo.

Sambuca, Triquetrum inſtrumentum, imparibus longitudine fidibus. σαμβύκη Athen. Hiſpanice Nebriſſenſi vocatur Campona. Athenæus inſtrumẽtum eſſe muſicum acuti ſoni & argutum, tetrachordum ſcribit. Al. Hackbret. B. Hackbert. G. Harpechorde. It. Harpicordo.

Barbiton Hor. barbitos fœm. & barbitus, Lyricum inſtrumentum plectro ſolitũ percuti. βάρβιτον, βάρβιτος, βαρύμιτον Poll. ob grauiores fortaſſe fidium ſonos: nam in Athenæo perperam βάρωμον legas ſcriptũ; cuius inuenti gloriam Terpandro tribuit Pindarus, vt Anacreonti Neanthes & Antipater. Martianus Felix multiforme Barbiton dixit, ob varietatem, non (vt arbitror) forma, ſed ſonorum fortè. Strabo lib. 10. Sambucam cum Barbito eandẽ eſſe ait, ibi σαμβύκη ἢ καὶ βάρβιτος. quod miror, cum Sambucam ὀξύφθογγον, id eſt argutũ, eſſe inſtrumentum Athenæus prodiderit, aliter quàm de Barbito ſentire Pollux videatur. Halicarnaſſeus βάρβιτα κέρκειν dixit, pro Barbita plectris radiisve percurrere.

Pandura. πανδοῦρα, πανδουρίς. Muſicum inſtrumentum trichordon, triplicibus fidibus tenſum. Al. Fidel. B. Vedel/veellen. G. Rebec, rebecquin. It. Rebecchino.

Cymbalum, de hoc in Rebus eccleſiaſticis dictum eſt. Illud diſsimulare ſilentio nequeo; Cymbala, Pectidas, Lyras pro bellicis inſtrumentis fuiſſe habita, quod à D. Clemente Alexandrino in hæc verba proditum eſt: In ſuis bellis vtũtur Tyrrheni tuba, fiſtula Arcades, pectide Siculi, Cretẽſes lyra, tibia Spartani, cornu Thraces, tympano Ægyptij, cymbalo Arabes. A Cymbalis differunt crembala. κρέμβαλα. qua voce ſignificatur conchyliorum tritorum & oſsiculorũ lixea, quæ pueri accincti perſonant concuſſa. B. Kinckelen. H. Sonaias, tartenas, chapas. ita enim Heſychius, alij κρέμβαλον dici poſſe putant inſtrumentum illud è ſtomomate concinnatum, pueris in vſu frequẽs; quod labris comprehenſum, modulatum ſonum edit, dũ ligula inflexa, quæ medium ſecat, digito agitata perſtrepit. Al. Trompſſ. B. Trompe.

Siſtrum Ouid. crotalum Virg. Inſtrumentũ æneum, ferreúmve trigonum fermè, orbiculis annulisve bacillo ferreo complosis tinnitum èdens, ad quos ſtaticulos edebant olim puellæ; qui mos in Italia etiamnum durat. Crepitaculum Martianus Felix appellare videtur, quod ipſe leniter blandéque tinnire teſtatur. Siſtrum à concuſſu & agitatione, vocabulo Ægyptio ſacris Iſidis receptiſsimo. Idem autem eſſe inſtrumentum Siſtrũ cum Crotalo, fidem facere poſſunt teſtimonia auctorum, eadem de re loquentium; Virgilij inprimis in Copa:

Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

alterum Martialis:

Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

tertium Ouidij:

Iactantem Pharia tinnula ſiſtra manu.

Errant turpiter qui tympani formam Siſtro tribuunt; vt & illi, qui cornu recuruum interpretantur. Nebriſſenſis quoque Tuba

genus ineptè, cùm idem ſit cum Crotalo, vt diximus; quod etiam indicãt epitheta à poetis illi data, tinnulũ & crepitans apud Propertium.

Tympanum, *Inſtrumentum membranis vtrimque clauſum, baculis complodi ſolitum.* τύμπανον, βυρσότονον κύκλωμα *Euripidi.* Al. Trummen/ trummel/ ſumber/ baurken. B. Trommel/ tamboerijn. G. Tambour, tabourin, bedon. It. Tamborino, tamburro. H. Pandero, atabal, adufe.

Tympano aſſimile eſt, quod Germani compoſita voce keſſeltrumen/ *item* heerbaurken/ *& Belgæ* keteltrommel *vocant, quaſi* ahenotympanum. *nimirum ahenũ tenſo corio perſonans: cuiuſmodi ferè* ῥόπτρον βυρσοτυπὲς *dixit Appianus in Parthico: de quo videri poteſt ſenſiſſe Papinius, vbi ait:*
Æráque taurinos ſonitu vincentia pulſus.
nam taurinos pulſus vocat complosa tympana.

Magas, magadium, *Tabulatum citharæ teſtudiniſve chordas ſuſtinens, ſonúmque repræſentans. à nonnullis vocatur* fulcrum: *ab artis peritis* ponticulus: hemiſphæriũ *dicitur à Boetio.* μαγὰς *Suidæ,* μαγάδιον *Luciano.* Al. Der brucken. B. D'bruckxken. G. Le cheualet.

Chelys, magas, *pro aſſere qui ponticulũ ſuſtinet.* χέλυς, μαγὰς, ἠχεῖον, *eo quòd ſonos repercuſſu reddat.* Al. Die roſe. B. De ſolder/ oft de rooſe.

Iugum, *Ceruix citharæ, in quam verticilla immittuntur.* κέρας, ζυγὸς, σιμαὶ *Heſychio.* Al. Lauten krag. B. De krage.

Verticuli, verticilla, epitonia *Varr. Paxilli, quibus fides vel tenduntur, vel remittuntur.* πασσαλίσκοι *Chryſoſt.* κόλλοπες *Ariſtoph.* κόλλαβοι, κάλαμοι *Luciano.* Al. Die ſtecklin. B. Sleutelen.

Plectrum *Horat.* pecten *Virg. Calamus aut paxillus, vel quodcunque, quo citharæ chordas tangimus.* πλῆκτρον. Al. Geigen bogen/ fidelbogen/ hackbretholtzle. B. Het houtkken van een beelken/ kolfken. G. Archet, arc. It. & H. Arco.

Canere intus *Aſconio, eſt laeuæ manus digitis chordas carpere.* ψηλαφᾶν. Al. Die ſeiten ſchlahn B. De ſnaren ſlaen. G. Toucher les cordes. It. Toccar le corde. H. Tocar las cuerdas.

Canere foris *Aſconio, eſt dextra plectro vti, chordasque pulſare.* κρέκειν *Halicarn.*

Fides, *dis, Cic.* chorda *Eid.* neruus *Eid.* neruia *Nonio.* μίτος, λίνον *Epigram.* χορδὰ, νεῦρον, τονιόν. Al. Seiten. B. Snaere. G. Chorde. It. Corda. H. Cuerda.

Hypate *Vitru.* principalis *Albino, Chorda in Muſica, quæ grauem reddit ſonum; ob id Saturno attributa, propter motus tarditatem, & ſoni grauitatem.* ὑπάτη *Pſello.* Al. Der groſſ brummer.

Parhypate *Vitr. quaſi iuxta hypaten collocata, ſecunda eſt in heptachordo fides. tot enim ad imitationem planetarum placuit adhibere.* παρυπάτη. Al. Der klein brummer.

Lichanos, *ab indicis digiti nomine tertia chorda dicitur Boetio.* λιχανός.

Meſe, media, *quia re vera eſt inter ſeptẽ medio ordine.* μέση.

Parameſe *Boetio,* quinta, *quòd mediæ ſuccedat ordine; quæ &* trite, *quòd à Nete ſit tertia: quam Corœbus Atyos filius Lydorũ rex adiecisse creditur.* παραμέση, τρίτη.

Paranete, *quaſi Netæ proxima, quam Hyagnis Phryx addidit. malè enim apud Euſebium lib. 10.* ἄγνιν *ſcribitur, pro* ὕαγνιν. παρανήτη.

Nete, *Septima citharæ chorda, acutum inſonans, à Terpandro Antiſſæo adiecta.* νήτη *Pſello.*

Hæc propterea ſubieci, vt ne lateat paulo rudiores, veterum muſicam, & quidẽ ſimplicẽ, quaternis tantùm neruis fuiſſe vſam. Cæterùm quia in chordas incidimus aurium illices ſono, reliquam Muſices materiam (ita vt illa cuncta temperat, & exornat, ſenſibus voluptatem concinnat, naturæ harmoniam, intellectui beatitudinem quandam elargitur) diſtringamus obiter cum appendicibus ſonis, ſtrepitibuſq; harmoniæ diſſonis, ne quid intactum, quoad eius fieri poteſt, hîc relinquamus.

Melos *Boetio,* numerus. *Virg.* modulatio *Fab.* modulamen, modulatus *Senecæ.* ῥυθμὸς, μέλος. Al. Geſang/ ſingen nach dem ſchlag. B. Sanck/ melodye/ ſanck op ſijn mate eñ na den ſlach. G. Chant, melodie, chanter par meſure, meſure de muſicque.

Habet autem tria genera, Vitruuio & Boetio teſtibus, Harmoniam, Chroma & Diatonium.

Harmonia Cicer. Modulatio ab arte concepta, grauis & auctoritatis plena. conſonantia Boetio, acuti ſoni, grauiſque mixtura ſuauiter vniformitérque auribus accidẽs: vt diſſonantia, duorum ſonorũ aſpera aurésque radens percuſſio. Macrobius aptam & conſonantem conuenientiam vocat. ἁρμονία, quam πολυμιγέων ἕνωσιν Nicomachus Geraſinus exponit. Al. Zuſamen ſtimmung/wollautung. B. Een accoozt van verſcheyden voyſen oft ſtemmen eñ toonen. G. Accord des ſons differents. It. Accordo & conſonantia muſicale. H. Conſonantia en la muſica.

Chroma Boetio, Modulatio crebritate & ſolertia modulorum oblectans. χρῶμα, quaſi colorata vocum compoſitio. Al. Coloriren. B. Diminueren / oft ſeer colozeren ende breken/ſcheeteringe oft quinckeleinge.

Diatonum Boetio, Modulatio naturalis. διάτονον Plutarcho, διατόνων Pſello. vulgò eſt, Een duo.

Harmonicum. ἐναρμόνιον Muſicæ genus difficillimè ad cantũ applicari, multaque exercitatione & vſu opus habere dicit Pſellus: Diatonium verò ſimplex eſſe & naturale: Chromaticũ verò ciendis affectibus lachrymiſque accommodatius eſſe. Chromatici autem vſus antiquior fuit cæteris, ſi Plutarcho credimus.

Horum quodlibet variatur, diuiditúrque in Lydiam, Doriam & Ionicam cantilenas. Lydiam, λύδιον ἁρμονίαν, lugubribus conuenire Plutarchus ſcribit, eiúsque inuentorẽ Olympum Phrygem nominat Ariſtoxenus. Erat & alterum Lydiæ genus effœminatũ ac molle, Ionicæ affine. illa θρηνῳδική, flebilibus dicata; hæc ἐπανειμένη λυδιστί, & ἐκλελυμένη, hoc eſt diſſoluta & fracta, audiebat. quanquam fuit & μιξολύδιος miſti generis, Sapphus poetriæ inuentum, teſtante Ariſtoxeno. Certè Lydia & Ionica harmoniæ, molles & ſympoſiis accõmodæ habebantur. vnde ab animorum remiſſione χαλαραὶ Platoni dicuntur. Doriæ verò harmoniæ grauitatem & magnificentiam Plutarchus aliique tribuunt: Caſſiodorus etiam caſtitati prudentiæque inſeruire teſtatur.

Symphonia Cic. concentus Eid. συμφωνία. Procreatur autem concentus ex coniunctione phthongorum, Vitruuio teſte. Al. Geſang/tſamenſtimmung. B. Accoozt van ſtemmen/welgheſtemde ſanck. G. Accord des voix, melodieux chãt & accordant. It. Buon accordo de voci. H. Canto accordado.

Pſalmus, Cantus, qui in pſalterio ſcitè modulatéque accinitur. ψαλμός. oda ſeu carmẽ. Muſicus concentus, qui linguæ plectro editur. ᾠδή. vt in Protheoriis ſuis Chryſoſtomus diſſeruit. Al. Ein pſalm. B. Een pſalm. G. Vn pſeaume. It. Vn pſalmo. H. Vna cantion, ò pſalmo.

Modi Cic. moduli Plin. quaſi menſuræ quædam cantus. νόμοι. ſic dicti, quòd ſtatam intendendi cantus rationem, ceu legem tranſcendere non liceret, vt Plutarchus monet. Al. Die menſur/der ſchlag/die maß im geſang. B. De mate/den ſlach. G. La meſure. It. La miſura. H. La medida.

Modos concidere & frangere Fab. Cicer. minuritionem citare, vel minuonem, (ita enim malim apud Cic. lib. De orat. 1. legere, quàm munionem, voce propiùs ad veterem ſcripturam accedente, & τῷ μινύρῳ reſpondente) eſt remittente ſe voce canere, ac quaſi colligere, recipiendo ſe ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum. μινυρίζειν. Vernacula lingua affini voce id explicat. Al. Minuiren/& diminuiren. B. Minuerẽ/& diminueren. G. Diminuer en chantant, fringoter.

Pæanem citare Cicer. lib. 1. De orat. vocem ſenſim excitare, vt ibidem loquitur Cicero, vel contentiore voce altum & acutũ ſcanſim inſonare. παιανίζειν, παιωνίζειν Aphrodiſæo. Al. Steigen/hohe ſingen. B. Climmen/rijſen int fauſet ſingen. G. Chanter en fauſſet.

Organum pneumaticum Vitr. quod venti miniſterio inſonat. Al. Orgel/poſitijf. B. Orgel/poſitijf. G. Orgues. It. Organo. H. Inſtrumento.

Arca Vitr. in quam anima miniſtrans canalibus influit: niſi mauis ara, vt ſit βωμίσκος, quòd tanquam ara ſubſtrata canalibus ſubmittat flatus, vt illa nidorem & vaporem è victimis. B. Lade. It. La caſſa ſecreta del organo.

Pinax Vitru. Summa tabula foraminoſa. B. T'welbert.

Pleuritides regulæ *Vitruuio, quaſi laterales dicas, quæ impelluntur & reducuntur ad obturanda foramina vel aperienda.* AL. Das regiſter. B. De regiſters/geluyden.

Epiſtomium *Vitru. Obturaculum, quo continetur ſpiritus aut laxatur in organis.* B. Den wintbanck. G. Ventil.

Manubria epitoniorum, *vel* epiſtomiorum, *vt alij malunt, Vitruuio.* BEL. De clauieren.

Phthongus *Vitru.* ſonus *Boetio*, ſonitus *Vitru. Caſus vocis ἐμμελὴς, id eſt melo aptus, in vnum tenorē ſiue intenſionem; quod Boetio cum Ariſtoxeno placuit: ita dictus à loquendi ſimilitudine, quod eſt φθόγγος à φθέγγεσθαι.* B. Toon. G. Le ton. IT. & H. Tono.

Interuallum *Vitru. Acuti grauiſque ſoni diſtantia, vel ſonorum mutua vnius ad alterum ratio.* διάστημα *Pſello.*

Conſtitutio *Boetio*, ſyſtema, *Interuallorum certus complexus.* σύστημα *Pſello.*

Dieſis *Vitru. Semitonij dimidium*, ſemitonium minus *Boetio. eſtque interuallorū minimum, ſeſquioctauæ quadrans.* δίεσις *Nicomacho, Pſello.*

Diaſchiſma, *Dimidium dieſeos.* διάσχισμα *Philolao Pythagoreo. cum quo idem eſſe arbitror, quod τάγγεα Eupolis Comicus, & Suidas vocant. quæ vox non dubito quin reponenda ſit apud Feſtum in Titiuillitio pro βρίτγεα, quod muſici organi genus eſt; cum τάγγεα minimum quid ſignet.*

Semitonium *à dieſi proximum eſt, ſeſquioctauæ dimidium.* ἡμιτόνιον, ἀποτομὴ *Boetio.*

Tonus, *duobus ſemitoniis conſtat, & ſeſquioctauam conſtituit.*

Phthongorum appoſitè modulationem componentium octodecim tropos priſca ætas ſtatuit; quos ad noſtri temporis ſcalam (ita enim nominant) relatos ſubiiciam.

Proſlambanomenos *Vitruuio*, acquiſitus *Boetio.* προσλαμβανόμενος *Pſello*, προσμελῳδός *aliis. eſtque primus & infimus troporum; vnde fortaſſis lunæ eum attribuit Cicero.* A. re.

Hypate hypaton, *quaſi principalis principalium.* ὑπάτη ὑπάτων. *Mercurio datur à Cicerone.* B mi.

Parhypate hypaton. παρυπάτη ὑπάτων. *Veneri aſſignat Cicero.* C. fa. vt.

Lichanos, *vel* diatonos hypaton. index, *et extenta principalium, quem Soli tribuit Cicero.* λιχανὸς *Plut.* ὑπάτη διάτονος *Pſello.* D. ſol. re.

Hypate meſon. ὑπάτη μέσων *Pſello. Saturno tribuitur à Boetio: Marti à Cicerone.* E. la. mi.

Parhypate meſon. παρυπάτη μέσων. *Ioui attribuitur à Cicerone.* F fa. vt.

Lichanos, *ſiue* diatonos meſon. διάτονος μέσων. *Saturno Cicero dat, Marti Boetius.* G. ſol. re. vt.

Meſe *Vitru.* μέση, *vel* μέση μόνως *Pſello. Soli datur à Boetio: vltimo cælo à Cicerone.* media. A. la mi re.

Trite ſynemmenon, *vel* ſyzeugmenon, *quaſi tertia copulatarum coniunctarúmve.* τρίτη συνημμένων. *Veneri tribuit Boetius.* B. fa. b. mi.

Paranete ſynemmenon. παρανήτη συνημμένων. *Mercurio aſſignatur à Boetio.* C. ſol fa.

Nete ſynemmenon, *Lunari circulo datur à Boetio.* νήτη συνημμένων. *veluti colligatarum vltima.* D. la. ſol.

Parameſe *Vitru.* παράμεσος *Pſello.* B fa. B. mi.

Trite diezeugmenon, tertia diſiunctarum. τρίτη διεζευγμένων *Pſello.* C. ſol. fa. vt.

Paranete diezeugmene, penultima diuiſarum. παρανήτη διεζευγμένων. D. la. ſol. re.

Nete diezeugmenon. νήτη διεζευγμένων. E. la. mi.

Trite hyperbolęon, tertia excellentium. τρίτη ὑπερβολαίων *Pſello.* F. fa. vt.

Paranete hyperbolęon. παρανήτη ὑπερβολαίων. G. ſol. re. vt.

Nete hyperbolęon, vltima excellentiū. νήτη ὑπερβολαίων. A. la. mi. re.

Sonus, *generaliter eſt aeris percuſſio indiſſoluta vſque ad auditum, Boetio.* ἦχος. AL. Ton/klang. B. Ghelupt/oft gheclanck. G. Son. IT. Sono. H. Son, ſonido.

Vox, *hoc differt à ſono, quod hæc articulata eſt & intelligitur, ille percipitur auribus ſine vocum certo diſcrimine aut cognitione. accipitur tamen etiam pro quouis ſono.* φωνή, φώνημα, φθόγγη, γῆρυς *Homero.* AL. Stim. B. Stemme. G. Voix. IT. Voce. H. Boz.

Vox itaque duplex eſt ſecundum Marium Victorinum; Articulata, *quæ* ἔναρθρος *&* αὐδὴ *Homero, explanata : aut* confuſa, *quæ ſimplicem ſonum reddit, vt hinnitus, balatus. Martianus Capella triplicem ſtatuit:* continuam, *qua loquẽtes, vel proſam orationem legentes verba percurrimus; qualis etiam colloquij eſt.* συνεχὴς *Boetio. ea enim ſcriptura reponenda eſt apud eum, pro Synches.* diuiſam, *quæ* διαστηματική. *cuius in modulatione vſus eſt, quam canendo ſuſpẽdimus, quâque modulis ſeruimus. &* miſtam, *qua carmina poetarum canuntur.*

Vox aſſa, *ſola quæ fit linguæ vſu, ſine muſicis admixtis. eo quòd nobis ſemper aſsit præſtò, vt Varro & Nonius volunt.*

Sermo, *Conſertio orationis; à ſerendo, quòd inter duos pluréſve ſeratur.* προφορικὸς λόγος *Nazianzeno,* φωνὴ *propriè, quod ſit velut* φῶς νȣ̃, *id eſt, mentis lumen, nimirum animi concepta (qui* ἐνδιάθετος λόγος *eſt) audientibus detegens.* αὐδὴ *Homero, &* ὀμφή. Al. Red/ſpraach. B. Sprake/reden. G. Deuis, parole. It. Sermone, ragionamento, parola. H. Palabra.

Sermo medius *Virgilio, qui non impletur, occurrẽte aliqua cauſa, vt Donatus inquit; ſiue cui reſponſum non ſubiicitur, ita vt pendeat imperfectus.*

Sermo ſolutus. πεζὸς λόγος. *idem quod oratio proſa.* It. Fauella ſciolta.

Sermo numeroſus, ligatus, adſtrictus. ἔμμετρος.

Fremitus, fremor *Virgil.* ſonor *Eid. qualis eſt fluctuum ex alto mari.* βρόμος, κτύπος, ῥοίζημα, ῥοῖζος ῥοῖβδος, φρυαγμὸς, φριμαγμός. Al. Rauſſchen/brauſſen/getummel. B. Gherupſch/ghedrupſch/ghetier. G. Grand bruit, fremiſſemẽt. It. Fremito. H. Ruido.

Strepitus *Cicer. propriè è colliſione rerum redditus ſonus.* ἄραβος, ἰαχὴ, κτύπος, ἀραγμὸς, κόμπος, πίτυλος, θρόος, κινάθυσμα *Æſchylo.* Al. Gereuſch/gheſchwader. B. Gherupſch/rommelinghe/ghetier. G. Bruit des pieds & mains, trepinement. It. Stopiccio, ſtrepito. Hisp. Eſtruendo.

Fragor *Virgil. propriè rerum fractarum eſt.* δοῦπος, καναχὴ, ψόφος, ἀραγμὸς *Eurip.* κολοσυρτὸς *Hom. Euſtath.* Al. Schrantz/knall. B. Craeck/craeckinghe/berſtinghe/barſt. G. Cricquement, froiſſis, vn ſon eſclatant. It. Strepite ò romore de coſe che ſi rompono, fragore, fracaſſamento. H. Eſtruendo de coſas quebradas.

Crepitus *Plinio, Violentus ſonus ex impulſu.* πάταγος, κόναβος, ψόφος, βρόμος, καναχὴ *Heſiodo,* κτύπος Al. Klapff/knall. B. Barſte/ratelinghe. G. Son violent. It. Crepito. H. Ruido.

Crepitus dentium *Cic.* Al. Zanklapffen. B. Tandenkleppringhe/tandenclappinghe.

Stridor *Plinio, Colliſio acrior & quaſi ſibilans.* τριγμὸς *Ariſtoteli,* σιγμὸς, βρυχὴ, σισμὸς, *qualis eſt ianuæ cardinum.* Al. Das giren oder kirſchen von ein thur. B. Het knerſen van de deure/ t'ghieren van een deure. G. Criſſement. It. Stridore. H. Ruido fuerte.

Stridor rotarum. ἁρματόκτυπος ὄτοβος *Æſchylo,* τρισμὸς ἁμάξης *Aretæo.* Al. Das kirſchen von ein karch. B. Karringe van de wielen in een waghen.

Stridor dentium. ἄραβος ὀδόντων *Heſiodo,* βρυχὴ ὀδόντων *Apollonio,* σισμός. Al. Zanklepffen. B. Knarſelinghe der tanden.

Stridor ſerræ. τρίμμος πρίονος *Plutar.* B. Gillinge van een ſage. H. Chillido.

Stridor patellæ. κόμπος λοπάδος *Philoſtrato.* Al. Siſſung der pfannen. B. Kiſſinge/ oft het kiſſen van een panne.

Clangor *Cic.* κλαγγὴ, ἰα *Eurip.* κινάθυσμα *Æſchylo.* Al. Schrantz. B. Clinckende gelupt/geclanck/clanck. G. Cry comme des oiſeaux. It. Sono di trombetta. H. Sonido de trompeta.

Murmur *Virg.* ψόφος, τρυσμὸς, κορκορυγμὸς, κορκορυγή. Al. Ghereuſch/getummel/ſtrudel. B. Rumoer/grommelinge/morren. G. Murmure. It. Mormorio. H. Murmullo.

Suſurrus *Horat. Submiſſum murmur, quale eſt riuuli & frondium.* ψιθύρισμα *Theocr.* ψιθυρισμὸς, τονθρυσμὸς, γογγυσμός. Al. Gemummel/timber ghetuſſ. B. Suyſinge/ſuyſelinge/ tuytinge/ ruyſelinge/gonſinge/ruytelinge. G. Vn bruit ſourd. It. Suſurro. H. Zumbido.

Bombus *Varr. Sonus quem apes edunt.* βόμβος. AL. Das brummen der ymmen. B. T'gebommel der bijen. G. Le bourdon. It. Ribomba. H. Sonido ronco.

Sibilus *Cicer. qui fit ore, compreſſis dentibus.* ῥοίζημα. ῥοῖζος, σιφυγμὸς. AL. Das pfeiffen mit dem mund. B. Seiffelen/ſijfelinge/ſchupfelen/pijpinge. G. Sifflement. It. Sibilo. H. Siluo.

Tinnitus *Plin. propriè de metallis.* ἦχος, κόμπος κωδωνοκρότος *Epigram.* ψόφος. AL. Das klinglen. B. T'clincken/de clinckinghe. G. Tintement. It. Tinnito, riſuonamento. H. Retinte.

Tumultus θόρυβος, θροῦς, κλόνος, τάραχος, κυδοιμὸς *Polybio,* ὅμαδος, συρφετὸς, ῥυχαρετὸς *Ariſtoph.* ταραχὴ. AL. Auffrur. B. Gheruchte/oproer/oploop. G. Bruit. It. Tumulto. H. Alboroto, bollicio.

Clamor, vociferatio *Cicer.* ἀϋτὴ, βοὴ, κραυγὴ, ἐνοπὴ, ἰωκὴ, ἰαχὴ, κεκραγμὸς *Plutarc.* θρύλλος. AL. Geſchrey. B. Roep/ghetier/gheſchrey. G. Cry. It. Grido, clamore. H. Clamor, boz grande, grito.

Vlulatus *Virg. qualis fœminarum & luporũ.* ὀλολυγὴ, ὀλολυγμὸς, λυκηθμὸς, ἀλαλητὸς. AL. Geſchrey. B. Gheſchrey/ianckinghe/huylinge/crijtinge/guytinge. G. Hurlement. It. Vlulato, vrlamento. H. Aullido de lobos ò mugeres.

Quiritatus *Varr. quaſi Quiritium ad ferendam opem imploratio.* ἀλαλὴ, ἀλαλυτὸς, ἀλαλαγμὸς. AL. Jammerlich gheſchrey. B. Deerlick gheſchrey/veltgeſchreew. G. Cry, brayement. It. Grido. H. Grita.

Eiulatus *Cic.* lamentum *Eidem.* ὀδυρμὸς, κλαυθμὸς, κώκυμα, κλαυθμυρισμὸς, ὀλοφυρμὸς, οἰμωγὴ, οἶκτος, θρῆνος. AL. Leid/weeklag/hewlung. B Ghehuyl/gekerm/claginghe/leet. G. Brayement, lamentation. It. Piante. H. Llanto con bozes, grito con gemido.

Planctus *Statio,* plangor *Cic. Eiulatus cum pectoris percuſſione.* στέρνων ἀραγμὸς *Sophocli,* κοπετὸς. AL. Leidſtreich/leyd/weeklag/hertzlich leid. B. Erbarmlick gheroep/ghelaet/gheſchrey/oft gheerijt. G. Grand dueil auec frappement. It. Pianto, rammarico. G. Llanto con herida del pecho.

Leſſus *Cic. Lugubris eiulatio.* ἰάλεμος, γόος, ... AL. Das hewlen vber den todten. B. T'gekerm eñ ghehuyl ouer den dooden. G. Brayement pour le treſpaſsé. It. Lamentatione ſopra qualche morto. H. Endecha ò llanto ſobre muerto.

Suſpirium *Statio,* gemitus. μυχθισμὸς *Eurip.* στεναγμὸς, κώκυμα, ἰάλεμος *Eurip.* στεναχὴ. AL. Seufftzung. B. Suchtinge/verſuchtinghe. G. Souſpir. It. Souſpirio. H Soſpiro.

Muſſitatio. μυζηθμὸς. AL. Heimlich ghedummel im mund. B. Mompelinghe. G. Parler entre les dents. It. Muſſitatione, muſſamento. H. Palabra entre dientes.

Hinnitus *Cic.* χρεμετισμὸς, μιμαχμὸς *Heſychio,* μυγμὸς *poeticè,* φριμαγμὸς *Lycophr.* AL. Das wihelen. B. Maepen. G. Henniſſement. It. Hinnito. H. El relinchido del cauallo.

Poppyſmus & poppyſma *Iuuenali, Vocis blandimentum, quo demulcentur equi cum tractatione.* ποππυσμα. AL. Das pfopffen oder pfeiffen vnd ſtreichlen das man den roſſen thut. B. Fluytinghe eñ handekinghe der peerden. G. Flattement aux cheuaux. It. Vezzi H. Sonido de boca que ſe da à los cauallos.

Mugitus *Virgil.* μύκημα, μυκηθμὸς, μυγμὸς. AL. Das lupen/das muchtzen. B. Loeijnge/moeijnge. G. Buglement. It. Mugito. H. Bromido del buey ò vacca.

Balatus *Plinio.* βληχὴ, βλήχημα, βρύχημα μήλων *Æſchylo,* μήλειος βλαχὴ *Suidæ,* μηκασμὸς. AL. Das blegken oder bleren eines ſchaafs. B. D'bleten eñ bleen van een ſchaep/de bleinge/bleetinghe oft het ghebleet. G. Beellement. It. Balato di pecora. H. Balido de las ouejas.

Rugitus, *propriè leonum.* βρύχημα, βρυχηθμὸς, βριμασμὸς, βρηγμὸς. AL. Gebrul/das brulen. B. Brieſchinge. G. Buglement. It. Rugito. H. Bramido del lion.

Ruditus, *Aſinorũ clamor.* βρώμησις, ὀγκασμὸς. AL. Hanen/ſchreyen wie ein eſel/gigagen. B. Crijſchinghe ghelijck een eſel. G. Brayemẽt d'vn aſne. It. Ragghia. H. El roznido.

Barritus, *Elephantum eſt; de quo Philoſtratus,*

της, ἐλέφας τετριγὼς, *dixit.*

Grunnitus *Cicer. ſuum eſt.* ſtridor ſuis *Plinio.* γρυσμὸς, κεκραγμὸς, γρυλλισμὸς, κλαγγὴ *Hom.* ὑγρισμὸς. AL. Das grunnen oder ruchlen wie ein ſchwein. B. Gnorztinghe oft ghillinge van een verrken. G. Grongnement. IT. Grunnito. H. Gruñido del puerco.

Latratus *Ouidio.* ὑλακὴ, ὑλαγμὸς, ἀραγμὸς, ὠρυγὴ, κνυζηθμὸς *Suida.* AL. Das bellē. B. Baſſinge/ ianckinge/ keſſinge/ ghebas/ baſſinghe. G. Abay, abayement. IT. Latrato. H. Ladrar de perros.

Garritus, *auium eſt.* στωμυλία. AL. Das chutteren. B. Querterē/ cakelen. G. Caquetter. IT. Garrito, cicalare. H. El gorgear de las aues.

Gannitus *Mart. Donatus vult eſſe veluti ploratum vapulantium, vbi alij legunt, vulpiū.* κνυζηθμὸς. AL. Das bellen. B. Janckinge/ keſſinghe. G. Glappiſſement, lappiſſement, grommelement. IT. Il ſgagnolire della volpe. H. Canido.

Crocitus *Nonio, coruorum eſt.* κρωγμὸς. AL. Rapenſang. B. Craſſen/ een craeyen roep. G. Corbiner, le cry d'vn corbeau. IT. Il grido del coruo. H. El grazindo del cueruo.

Vagitus *Virgil.* vagor *Lucretio, Infantium ploratus.* βαβαισμὸς. AL. Das wecken/ kindergeſchrey. B. Dat wehen/ oft ghecrijt van ionghe kinderkens. G. Le cry de petits enfants. IT. Vagito. H. El llorar de los niños.

Rhonchus *Martiali, ſonus quē quis ſupinus ſtertendo edit.* gutturis ſtridor *Aureliano,* ῥόγχος, ῥογμὸς. AL. Das ſchnarchlen. B. Snorckinghe/ oft ronckinghe. G. Ronflement. IT. Ronchiar. H. Ronquido.

Sclopus *vel* ſtlopus *Perſio, Sonus qui ex inflatis buccis eliditur.* AL. Das klepffen/ backenſchmantz. B. Trompen met opblaſen. G. Le ſon des ioues enflees. IT. Schioppo. H. Iouido de boca inchiada.

Echo *Perſio,* iocoſa imago *Horatio, Soni aut vocis repercuſſæ repræſentatio.* ἠχώ. AL. Wederton. B. Weerclanck/ oft wederſlach van ſtemme oft ghelupt. G. & IT. Echo. H. La boz que retumba.

Plauſus *Cic. Comploſio manuum, pedúmque, ſtudij fermè aut lætitiæ teſtimonium.* κροτοθόρυβος *Plutarcho,* κόναβος, κρότος, ποδοκρουστία *Straboni, quaſi pedum comploſio.* AL. Das handklopffen/ das frolocken. B. Hantcloppinghe. G. Frappement des mains. IT. Plauſo, applauſo. H. Sonido de manos por fauor.

NOMEN-